EPISTULA IULIANI HERETICI
AD DEMETRIADEM VIRGIN
MALE SENTIENS DE LIBERO ARBITRIO.

SI SUMMO
INGENIO PARIQUE
FRETUS SCIENTIA
officium scribendi
facile me implere
posse crederem
tamen tam arduū
hoc opus ingredi sine magno difficul
tatis timore non possim.
Scribendum est tamen ad demetriadē
uirginem xp̄i uirginem nobilem
uirginem diuitem. & quod his maius
est ardore fidei nobilitatē diuitias
q: calcantem. Quam utique prout
insignis admiratione uirtutis, ut
laudare omnib; facile, ita docere
difficile ē. Cui enim oratio deesse
possit in eius laude caelebranda.
quae summo loco nata in summis opi
b; deliciis q: nutrita. tantis tamq:
uariis uitae huius blandimentis uel
ut tenacissimis quib;dam inretita
uinculis subito erupit. Cunc
ta q: simul corporis bona animi uir
tute mutauerit. quae florem ad
huc ipsum in eius aetatis quodā
fidei gladio id est uoluntate succi
derit. & crucifigens cum xp̄o carnē
suā. uiuam s̄cām q: hostiā sacrauerit d̄o.
& nobilissimi sanguinis posteritatē
uirginitatis amore contempserit.
Prona autē & facilis dicendi uia ē quae
ipsa ubertate materiae cursum
orationis accendit. sed nobis alio ma
gis tenere p̄gendum est. quib; pro
positum est institutionē uirginis non
laudem scribere. nec tam partas
iam uirtutes ei' exprimere quā pa
randas. magisq: reliquam ordi
nare uitam quam ornare p̄teritā.
Est autem difficillimū cum eius p̄so
na facere. in qua cupiditas tanta dis
cendi est. tantusq: p̄fectionis ardor.
ut ei quaelib& p̄fecta doctrina par
esse uix possit. Meminit enim sec
teq: meminit. quas mundi opes glori
amq: respuerit. quib; uoluptatibus
renuntiauerit. quas deniq: contēp
serit uitae p̄sentis inlecebras. &
ideo contenta non est communi hoc me
diocriq: genere uiuendi. & quod fe
cile ipsa multorum societate uiles
cat. Nouum aliquid & inusitatū
requirit. praecipuū ac singulare
quoddam flagitat. Non minus con
uersationem suā quā conuersionē
cupit esse mirabilem. In saeculo nobi
lis. apud dm̄ cupit eē nobilior.
Tam praetiosa requirit in moribus.
quam contempsit in rebus.
Hunc itaq: tam deuotae mentis ardo
rem. hanc tantae perfectionis sitim

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0031